



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XLII. De propagatione & incremento Ecclesiae Christianae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

CAPVT QVADRAGESIMVM
SECVNDVM.*De Propagatione & incremento Ec-
clesiæ Christianæ.*

HActenus iuxta propositū nobis scopum, de dignitate & excellentia Ecclesiæ Christianæ, de diuina œconomia, & sanctis legibus, tam à Christo, quam eius Apostolis, ac eorū successoribus institutis egimus. Nunc vno verbo aliquid de eiusdem, siue per gratiā Dei, siue Prælatorum curam & sollicitudinem propagatione, & incremento dicendum erit. Hoc enim ipsum de nouo conuincet, & quasi digito monstrabit, huius familiæ authorem, & institutorem nō homines sed Deum esse, adeoque in perpetuum duraturam, & augmentum sumpturam. Inventiones enim hominum instabiles sunt & seipsas subuertunt; Dei autem firma sunt opera, quæ nulla vi creata, quātumuis forti, & violēta, subuerti queant. Possent id longa inactionis serie comprobare, sed sufficiet sententia Gamalielis, quam in Actis Apostolorum habemus, cum enim Iudei concilium coegissent, & seriè deliberarent, quomodo iam enascentem ecclesiam in primarijs suis membris Petro & Ioanne, quos carcere reclu-

*Opera Dei
perpetua.*

sos detinebant, opprimerent: Surgens qui-
 dam in Concilio Phariseus nomine Gamaliel
 legisdoctor, honorabilis vniuersæ plebi, dixit
 ad illos: Viri Israelitæ, attendite vobis super
 hominibus istis quid acturi sitis: Ante hos enim
 Deus exstitit Theodas dicens se esse aliquem,
 cui cōsensit numerus virorum circiter quadrin-
 gentorum, qui occisus est & omnes, qui crede-
 bant ei dissipati sunt, & ad nihilum redacti.
 Post hunc exstitit Iudas Galilæus in diebus
 professionis & auertit populum post se, & ipse
 periit, & omnes quot quot consenserunt ei dissi-
 pati sunt. Et nunc iterum dico vobis, discedite
 ab hominibus istis, & finite illos, quoniam se
 est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissol-
 uetur; si verd ex Deo est, non potuistis solueri
 illud, ne fortè & Deo repugnare videamini.
 Si itaque ostendere potuerimus, ecclesiã
 non obstantibus omnibus expugnationi-
 bus, & aduersitatibus semper vltèrius pro-
 gressam, auctamque fuisse; cōsequentè
 etiam ostenderimus, diuinitus eam insti-
 tutam fuisse, ac à Deo regi & gubernari.
 Quod vt paucis ostendam dico ecclesia-
 sticæ historiæ, & analium scriptores fidem
 faciunt, Apostolos accepto Spiritu san-
 cto se id opus euangelij accepisse, & iux-
 ta mandatum Christi, totum mundū per-
 agrasse; tantumque verbis doctrinæ, &
 vitæ exemplo profecisse, vt non in Pale-
 stina solum, sed in omni orbis parte plu-
 rimos fidei Christianæ associant. Iaco-

Baronius.

Bosius.

Eusebius.

Theodor.

Nicephor.

& alij.

*Hier. de
scrip. Eccl.*

bus minor Ierosolymis ordinatus Episcopus reledet, & ibidem martyrii coronam suscepit. Ioannes in Asiam abiit, & Ephesi vsque ad extremum securum, vt plurimum, commoratus totas Asiae fundauit, rexitque Ecclesias. Huius autem frater Iacobus in Samaria fidem promulgauit, inde vt communior habet opinio, in Hispaniam transgressus est, & Ierosolymam reuersus, ibidem primus Apostolorum gladio percussus est. S. Andreas cursum suum in Scythiam Europae direxit, & peragratis Epiro & Thracia, apud Patres Aegniae ciuitatem annunciatum Euangelio crucifixus est. S. Philippus com Scythis praedicasset, in Phrigiam abiit, ibique martyrium compleuit. In Aethiopiam Sanctus Matthaeus fidem detulit, vbi & martyrium suscepit. Sanctus Simon Aegyptijs primum, deinde Persis praedicauit. Sanctus Iudas autem peragrata Mesopotamia ad Simonem in Persidem abiit, vbi vterque martyrio coronatus est. Sanctus Thomas Parthis, Medis Persis, Hyrcanis, & Bactris praedicauit, & tandem ad Indos vsque progressus, apostolorum suum martyrio consummauit. Sanctus Mathias, qui diuina reuelatione in locum Iudae Iscariotes successerat, officij sui munus primò in Iudaea exercuit, deinde in extremis Aethiopiae terminis

ibiq; pro Domino mortuus est. sanct. Petrus autem qui omnium Apostolorū coriphæus & Princeps erat, Antiochiam abiit, Pontum, Galaciam, Bythiniam, alias que regiones peragrauit, ac tandem Romæ sedem suam stabiliuit, vt supra probauimus; & sanct. Leo confirmat dicens: *Beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperij, vt lux veritatis que in omnium reuelabatur salutem efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet: cuius enim nationis homines in hac tunc Vrbe non essent, aut que vsquam gentes ignorarent quod Roma didicisset. cuius sane testimonij veritas ipso euentu patuit, ex hac enim Vrbe tanquam totius Orbis arce, in oēs nationes prædicatores missi sunt, qui diuini verbi efficacia, eas ad fidem conuersas, in ecclesiã Dei introduxerunt. Docebo id breuiter ex Autheticis, & approbatis veterum historiis. Clemens Papa, vt à Gallia ordiamur, eo misit Dionisium, Rusticum, & Eleutherium. In Britanniam iussu Eleutherij Papæ Fugacius & Damianus abierunt. Clodoueus primus Christianus Galliarum Rex cum vniuersa sua aula, à S. Remigio Hormisdæ Papæ in toto Galliarū regno legato, ad fidem conuersus est. S. Gregorius Magnus August. cum socijs ad Anglos conuertendos dimisit. Hyberni autem & Scoti ad*

*Leo ser. 1.
de Pet. 6.
Pau. apost.*

*Greg. Tur.
l. 1. c. 3.*

Christianam fidem à Constantino Magno, quam ille à Syluestro Papa didicerat, acceperunt. Prolixum foret enumerare particularem sub quibus Pontificibus, & à quibus eorum legatis, singuli Germaniæ populi Christianam Religionem admiserint; hoc certum est, omnes à missis Sedis Apostolicæ Christianam fidem suscepisse: Gregorius enim secundus in Noruegiam destinavit Valentium: Narcissum cum Felice Diacono Augustam ablegavit: Bonifacium Episcopum Moguntinum ordinavit, & fidem uniuersæ Germaniæ annunciandæ potestatem fecit, quod ille per se, & adiunctos sibi socios felicissimè præstitit: Alias nationes, ne prolixior sim prætereo.

V. Isorium Maphicum Larivium & alios.

Vidimus itaque, tam per Apostolos, quam à sede Apostolica Romæ fundata, missos Euangelium ad omnes gentes peruasisse, ac ita Dei populum auctum fuisse: Notum quoque est nostris temporibus eandem hanc fidem in Indiam Orientalem, & Occidentalem, Iaponiam, Sinam aliasque nationes Christiano, imò Romano orbi ante hac incognitas, illatam fuisse, idque iussu & autoritate Romanorum Pontificum, eo tempore viventium: Historiæ neotericæ huius rei fidem faciunt, & quotidianæ proborum, ac fide dignorum Epistoliciæ Relationes, certiores reddunt.

Equi

Equidem autem res admiranda est Ecclesiam à tam paruis in tantam magnitudinem & amplitudinem excreuisse: Sed hoc magis mirandum, summumque Miraculum est, quod non obstantibus omnibus Satanae impugnationibus tantum incrementum sumpserit: Nam primis trecentis annis per varios suos satellites Tyrannos Imperatores eam persecutus est; primo per Neronem circa annum 66. quando excitata est prima persecutio; inde per Domitianum anno 92. Paulo post per Traianum anno 99. ex quo Ecclesia aliquandiu pacem habuit, aut saltem requieuit, donec eam iterum Verus Imper. an. 178. inquietare coepit; & post eum anno 201. Seuerus; anno 236. Maximinus: Decius anno 253. & decima vice Diocletianus anno 302: Verum ex Ecclesiasticis Historijs notissimū est his, similibusque persecutionibus nihil impedientibus, Christianum nomē non augmentatione indies accreuisse. Possē varios testes allegare, sed mihi Tertul. omnium instar erit, qui ait, Imperatores alloquens. *Externi sumus & vestra omnia imple-*

imus, vrbes, Insulas, Castella, municipia, consiliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, Senatum, forum: & infra, Si in aliquem remotissimum orbis angelum nos à vobis abrapissetis, procul dubio expauissetis ad solitudinem; quasi, mentis vrbs reliquias quaesissetis, qui-

Miraculū est Ecclesie persecutio nis temp. creuisse.

Vide Baron. Tom. 1. & 2.

Tertul. in Apol. c. 36

bus imperaretis. Ex quibus Tertulli. verbis liquet, Maximum eo tempore Christianorum numerum fuisse, ut tamen veritas magis elucescat, & dictum nostri, etiam ab aduersario confirmetur, Gentilis cuiusdam testimonium adducam; nam Plinius secundus, qui circa annum centesimum sub Traiano Asiæ proconsulē agebat, scribit Christianos in tantum multiplicari, ut non vrbes solum, sed etiam villæ & vici Christianorum pleni essent, imò Deorum delubra desererentur.

Certum itaque est Ecclesiam his persecutionibus summo opere auctam esse, licet ob Tyrannorum importunitatem, palam nō floruerit. verum post nubila sol serenus rediens, eam in clarum diem produxit, ac omnium oculis spectandam dedit; quod ad fidem conuerso Constantino, ac Baptisma suscipiente contigit. Ex tunc enim lege promulgata, vnicuique fidei Christianæ suscipienda libera potestas facta est: Templorum quoque strukturas, & ædificia admisit, ipseque suis sumptibus magnificas & pulcherrimas Ecclesias ædificauit: Quam Imperatoris liberalitatē, omnes pene sequentes Christiani Imperatores imitati sunt, Ideoque ex anno in annum Ecclesia Dei aucta est; licet non omnino à persecutionibus esset liberata; nam paulò post hæretici instar Iebuseorum iniustè ei bellum intulerunt,

Plin ep.
97.

Ecclesia
plurimum
sub con-
stantino
prospere.

Hæretici
urbant
Eccles.

ac contra eam Imperatores, & Principes, quos falsa sua Doctrina infecerant, impulerunt: Et hoc alterum artificium, fuit quo Diabolus Ecclesiam perturbare conatus est, ideoque subsequentibus seculis semper plures, aut vnum aliquem, apostatam suscitauit, qui falsam Doctrinam seminaret, moresque Christianorum corrumpere. Quod autem nostra tempora concernit, quis non vidit, aut saltem audiuit, quod hæreseos monstra produxerit, quas turbas excitavit, quantum humani sanguinis effuderit? Sciunt hæc, qui viderunt, & funesta adhuc, & fumantia signa vident, horrentque.

Verum hæc ipsa mala, quæ dæmonis & suorum complicum malicia euenerunt, diuina prouidentia in melius conuertit, omniaque ad Ecclesiæ suæ commodum, & profectum accommodauit: Permisit Deus Tyrannos Ecclesiam persequi, vt martyrum sanguine irrigata, vberiores multo fructus ager Euangelicus referret: Voluit in ea hæreses esse, vt qui probati sunt manifestentur: Semper tamen effecit, vt deuictis Tyrānis patientia, hæreticis vera doctrina debellatis, Ecclesia victoriā obtineret. Exurgētib; enim hæresibus ei vigilantissimos Pastores, & sapiētissimos Doctores elargitus est, qui ad sacrā cōcilia, partim generalia, partim prouinciālia cōueniētes hæreticorū errores detexerunt.

refutarunt, & dicto anathemate condem-
narunt, atque ita Catholicam veritatem
illustrarunt, vt multi quos hæretici iam
deceperant, eorum errores eiurantes, ad

*Ecclesia
vno deper-
dito mille
lucrat.*

Catholicorum partes redierint. Si tamen
adhuc aliqui in errore suo obstinati per-
seuerent consolamur, quod pro vno in
Europa deperdito, in India, America,
aliisque regionibus mille alij acquiran-
tur. Ex quibus clarissimè liquet hanc esse
familiam, quam Iesus Christus æterna
Patris sapientia instituit, cuique conser-
uandi, regendi, & augendi causa Spiri-
tum sanctum contulit. Hæc enim est Ec-
clesia de qua Prophetæ locuti sunt, cum
dixerunt: *Et erit in nouissimis diebus præ-*

Isa. 2.

*paratus mons domus Domini, in vertice mor-
tium, & eleuabitur super colles, & fluent ad
eum oēs Gentes; & ibunt populi multi, & dicent
Venite, & ascendamus ad montem Domini, &
ad domū Dei Iacob, & docebit nos vias suas,
& ambulabimus in semitis eius, quia de Sion
exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.
Ideoque eam Deus alibi per Prophetam,
ita affatur; Dilata locum tentoris tui, &
pelles tabernaculorum tuorum extende, ne
parcas: longos fac funiculos tuos, & clauas
tuas consolida. Ad dexteram enim & ad le-
uam penetrabis, & sementuum Gentes here-
ditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.
Quæ in terminis parabolicis dicta, postea
clarius*

Abid. 54.

Clarius proprio sermone explicat, cum ait: Mittam ex ijs, qui saluati fuerint ad Gentes in mari, in Africam, & Lybiam tendentes sagittam; in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam: & annuntiabo gloriam meam Gentibus, & adducens omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino.

Quæ certè prophetia, quotidie in Romana Ecclesia impletur; ea enim se dilatat, populum suum multiplicat, & per omnes regiones se extendit: In ea quæ saluati sunt, & nomen suum Christo dederunt à Deo per Vicarium suum, Romanum Pontificem, in extremas Gentes, quæ nihil vnquam de Christo audierunt, ut eius gloriam annuntient, mittuntur, & maximis turmis ad Christum cateruatim adducunt. Quid enim aliud ex his colligas, quam Ecclesiam Catholicam, Apostolicam & Romanam esse veram Ecclesiam, Christi que familiam? Si enim id non esset, quomodo tot sæculis durasset? quomodo tot persecutionibus restitisset? quomodo in tantam amplitudinem dilatata fuisset?

Hæreticorum, Schismaticorum & Iudæorum sectio, aut cito interierunt, aut determinatum tertæ angulum occupauerunt, aut saltem non nisi partem se extendunt. Verùm Ecclesia Christiana

X. 5.

ad vlt.

Infidelium
conuenientia
la qualia.

ad usque ultimos terræ limites se diffudit, firma perduravit, & usque in finem mundi perdurabit, omnibus sectis, quæ ei oblatrant, & ogganniunt penitus intercidentibus. Ecclesia Dei est arca Noe, sicuti autem hæc aquis diluuij subleuabatur, cum cæteræ res deprimerentur, opprimerenturque; ita & illa tribulationum & persecutionum aquis erigitur: quibus hæreticorum sectæ, & synagogæ humiliantur ac comprimuntur.

In his itaque omnibus, quæ de diuina Oeconomia diximus, nos ipsos consolemur; diuinam illam familiæ Christi institutionem, ac admirandam eius propagationem stupentes admiremur. Cæterum tempus est, ut huic meo opusculo finem imponam, singulosque catholicos Christianos exhorter, ut beneficium suæ ad CHRISTVM vocationis grata mente recolant, & alios ab ea elongatos diuina auxiliante gratia ad eandem pertrahant.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

Conclusio, & dictorum quasi recapitulatio.

VT autem tractatum hunc finiam, finemque principio iungam, illud prophete